



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Ivrisdictione Ecclesiasticâ, & Iudiciis

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

§. 8. De privatione officii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61847](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61847)

§. VIII.

De privatione beneficii ecclesiastici.

I. QVemadmodum os bovi trituranti alligatur: Sicut Litæ verant, hoc est, iis qui altari deferviunt, alimenta subtrahere; ita in istos ecclesiæ qui muneri suo non vacant, sed negotia secularia spiritualibus anteponunt, æquitas suadet auferre beneficium, & emolumentis inde provenientibus exuere. Nullus tamen clericus secularis beneficio suo privandus est, nisi gravi crimine deliquerit. *c. Invensum* 16 q. 7. ubi *Glossa*. Non est ergo quis pro qualibet culpa deponendus. *c. 1. dist. 68.* nec quisquam privati suo beneficio sine culpa. *c. Satis perversum* dist. 56. Regulares tamen Prælati pro levi culpa removeniunt. *c. Per tuas* de Simo. Sic *Glo.* Præterea licet grave crimen fuerit, pœnam privationis non irrogabit iudex, nisi talis iure expressum sit, ut multis allegatis probat. *Lopez in Pract. Crim. c. 134.* De beneficiis regularibus alia ratio est, quæ Prælati conferunt, & auferunt ex qualibet honesta causa. *V. Az. l. 12 c. 22 q. 10.*

II. Posito casu, quod iudex damnet Clericum de crimine, cui à jure imposita est privatio beneficii, non facta huius pœnamentione, sed alterius; ex gr. verberationis, subitum est, an privatus beneficio censeatur? Affirmandum censeo, si per crimine illud irregularis efficitur. Ad hoc enim nihil aliud requiritur, quàm crimen notorium esse, pro sola iudicis sententia sufficit. Secus, si crimini non est annexa irregularitas. Hæc enim non cuilibet delicto, sed illis tantum inesse censetur, quæ in ju-

re expressa sunt, ut cum aliis notat *Covarr.* in *Clem. si furiosus de homic. Par. 1. §. 1. n. 5.* *Suarez* V. *Disp. 50. Sect. 2. Vallens. lo. cit. n. 9.* *Avila* Par. 7. *Disp. 2. Dub. 6. Conclus. 40.* Quæ verò crimina sint, pro quibus ipso jure beneficiis suis priventur clerici: quæ item privationem illam mereantur, quantum sufficere videbatur, diximus in *Par. 1. Tit. 2. §. 6. num. 4. & 5.* ut minime necessarium videatur in viis denud occurrere.

III. An privati beneficio propter crimen aliquod, fructus post commissum perceptos restituere teneantur, anceps questio est: de qua *Scias, ait Iul. Clarus q. 73. nu. 9.* quod clericus committens delictum, propter quod privati possit beneficio, nec habeat ius in re, quousque sit privatus, postquam tamen eo privatus est, tenetur restituere fructus perceptos à die commissi delicti, vel quos percipere potuit, sive exrent, sive cõsumpti sint, & sive effectus sit locupletior, sive non. Et est communis opinio, ut testatur. *Diaz in Pract. crim. c. 123.* Ita *Iul. Clarus* cum aliis pluribus, *Paul. à castro* in *l. 1. C. de his, quibus ut indignis*, ubi referendo *Guil. de Canno* iisdem penè verbis restitutionem fructuum exigit, eique adhærent *Salic. Alexand. & Iason* ibi. *Hippol.* quoq; singularibus suis inservit. *n. 52.* nihil aliud tamè allegat, quàm aliquos ex citatis Doctoribus. Idem tribuitur *Baldo Angele*, & *Romano* in *h. divorcio ff. solv. matr.* Nominatur etiam *Decius* *Cons. 1. 8.* Contrariam nihilominus opinionem tueretur. *Cardinal* in *Clem. Constitutionem* s. *Ceterum* in fine de elect. *Philip. Cornucius* in *di. l. 1. C. de his, quibus ut indignis* & *Felinus* in *c. de quarta* col. 10. de prescript. ubi per septem fundamenta probat hoc.

hoc esse verius, & respondet ad fundamenta: in contrarium adducta. Adde inter recentiores. *Anton. de Burgos in c. ad nostram. de empt. & vendit.* ubi à Felino recedens fundamenta ipsius convellit. Denique *Ign. Lopez in Pract. Crim. c. 134.* laudata *Pauli Castr.* opinione quasi communiore, probabile censet, quod quando clericus propter crimen ad restitutionem fructuum damnatur, damnari solum ex æquitate ad restitutionem perceptorum, non autem eorum, qui percipi potuerunt. Satis enim est ecclesiæ, cui applicandi sūt, si clericus restituat fructus quos percepit, quoniam vis illos consumpsit sine eo, quod tam strictè exactio fiat ab eo, sicut si spoliasset aliquē suo beneficio. Verum, quod de consumptis fructibus *Lopez* addit, restituendos esse, non video unde tanta obligatio manet, si Clericus post commissum delictum satisfecit muneris suo, & in usus necessarios insumpsit ea, quæ ratione beneficii sui percepit. Quocirca multò probabilius est clericum ipso iure privatum beneficio, si ea præstare pergat, ad quæ ratione illius obligatur, fructus inde perceptos retinere posse, donec illis per sententiam Iudicis spoliatur. *V. Avilam Par. 3 c. 6. Disp. 6. Escobar Tr. 4. Exam. 3. c. 5. num. 38. Suar. V. Disp. 40. Sess. 2. num. 21.*

§. IX.

De poena suspensionis.

I. S Vpsensio latè, & strictè accipitur. Latè significat separationem ab exercitio cuiuscunquē potestatis, sive sacræ, sive profanæ ad certum tempus. Unde separatio ad tempus in officio advo-

cationis suspensio dicitur, & similiter in alio quocunque officio, seu munere Propriè & strictè in personis sacris duntaxat locum habet, cum ab executione muneris sui impediuntur. *Est igitur suspensio censura ecclesiastica, qua alicui persona ecclesiastica prohibetur ob culpam suam exercitium officii, vel beneficii ecclesiastici, sive ad certum tempus, sive in perpetuum. c. Quarenti de verb. significat. Sayrus l. 4. c. 1. Navar. c. 27. n. 151. Vallens. l. 5. tit. 39. §. 8. Avila Par. 3. D. 1. dub. 1.*

Variè dividitur. *Primo* in eam, quæ à beneficio tantum, eam, quæ tantum ab officio, & eam quæ ab utroque suspendit. *Secundo* suspensio ab officio alia est ab officio in totum, alia ab officio quoad partem duntaxat. *Tertio* alia est pœnalis, quæ fertur in pœnam delicti, alia medicinalis, quæ intenditur correctio, & emendatio suspensio. *Quarto* alia est temporalis, alia perpetua. Denique alia est à iure, alia ab homine. *Navar. l. c. n. 154. Bonac. To. 1. p. 423. Layman l. 1. Tr. 5. Par. 3. c. 1. num. 2. Avila Par. 3. disp. 1.*

II. Suspensio à divinis propriè est privatio officiorum pertinentium ad septem ordines ecclesiasticos, & septem horas Canonicas. *Martinus Papa. & Innoc. IV. in Conc. Lugdun. c. si quis 11. q. 3. c. 1. de sent. excom. in 6.* Non enim prohibetur, quicquid divinum est, sed ea tantum, quæ ad officium speciale pertinent. Quamobrem *Innocentius IV.* loco cit. dicit, ita suspensum à divinis confiteri posse peccata sua, communicare, legere horas Canonicas, assistere sacris, cantare in choro, baptizare sine sollemnitate, benedicere mensam privatam: quia hæc & similia non deputantur alicui officio speciali à iure, constitutione,